

## Secundus phisicorum.

hys que fiunt frequenter forte dicitur qd lucrum nō est a casu quia lucrans intendebat lucrari. Contra sequeretur qd ludus allee non esset fortuitus. Item qui vadit semel ad forum et inueniens debitorem hoc est a casu etiam si frequenter inueniat. Item si contingens rarum sufficeret ad fortunam sequeretur qd eclipsis solis esset a casu. Et plato. dicit qd coniunctio omnium planetarum fit in. 36000. annis semel ergo in celo aliquid fit a casu quod est contra philosophum.

¶ Octauo arguitur qd casus et fortuna nō sint cauſe per accidens quia cauſa per accidens nichil operatur ad effectum secus autē est de fortuna quia alias effectus non denominaretur casualis. Item tūc muscus esset casus respectu domus quia est eius cauſa per accidens. Item arguit. San. Tho. lec. 8. contra primam diuisionem philosophi quia nullas facit mentionem de hys que sunt ad vtrumlibet. Forte dicit qd illa que sunt ad vtrumlibet vt sic nō qd fiunt. Contra illa que sunt ad vtrumlibet magis nata sunt fieri qd contingencia raro. Item contingens raro non habet cauſam per se sed quod non habet cauſas per se equaliter se habet ad esse et nō esse ergo est contingens ad vtrumlibet.

¶ Ad primum dicendum qd propter hoc astrologi dixerunt qd impetus bene fortunatorum reducitur ad constellationes et influxus stellarum quia ex eis periti astrologi sciunt predicere futura vnde coniunctio iouis et saturni significat depopulationem regnorum. Tum quia corpora celestia mouēt aues ad miras operationes vt formicam ad eleuandum granum in altum cum debet esse pluuia et ad deponendum cum debet esse siccitas et gallum ad distinguendum horas vnde deus ista operatur per cauſas secundas et sic videmus aliquos natura solertes et aptos ad vnam artem et non ad aliam et consiliarios vt ait acitofel. et poeta quidam deum dictum est non omnes effectus fortuiti vel bene fortunatorum possunt reduci in celum vt imperum qui sit in intellectu seu voluntate quoniam queritur quid est iste impetus. Item intellectus nō subicitur celo nisi forte per accidens ergo fortuitum repertum in eo est ab alio. Et notandum secundum philosophum qd ille non dicitur bene fortunatus cui semel accidit magnum bonum aut cui sepe eueniunt parua bona quia vt dei carmen niticum factu da prestans mittitur ex astris sed vt supra dicitur primo ethi. vna irundo non facit ver sed oportet qd vt in pluribus accidat. Contra per definitionem fortune fortuna est in hys que fiunt vt in paucioribus et ideo videtur qd fortuitorum non est querenda cauſa. Dicendum qd aliter capitur fortuna in libro de bona fortuna et hic immo videtur ibi accipi pro effectu fortuito vt bona fortuna dicatur bonus effectus fortuitus. Et licet ari. ponat cauſas boue fortune esse imperum tamen secundum eum videtur qd prime intellectiones et volitiones sunt a deo et sic ponit henricus de gandauo quodlibet. 6. quest. 10. et. s. t. 12. quest. 9. ar. 4. vnde qd homo velit media hoc est post consilium et volitionem finis qd autem nunc moueatur ad volendum et non prius hoc est a deo. Tunc ad argumenta dicunt quidam aristotelem insufficienter determinasse de bona fortuna deinde dicitur qd prosperitas aliquando est

specialiter a deo ne aliquod bonum maneat omnino irremuneratum.

¶ Ad secundum dicitur qd per accidens est hec temporalia esse cauſam mali et hec sunt occulta iudicia dei quare viri iniusti obtinuerunt diuitias de quo vide botium et lactancium.

¶ Ad tertium dicitur qd fortuna est ipsa cauſa per se scilicet intellectus vel natura cuius effectus coniungitur alius effectus non intentus. Augustinus etiam propter illos comunes modos loquendi de fortuna dicit primo retractationuz. Non mihi inquit placet toties appellasse fortunam. Catholici enim debent potius omnia attribuire diuine prouidentie. ¶ Ad quartum dicitur qd omnia habent cauſam vel per se vel per accidens. San. Tho. libro. tertio. contra gentiles. c. 94. ea que sunt a casu respectu nature particularis sunt intenta ab agente vniuersali vt generatio femine. Deinde dicitur qd cā per accidens reducitur ad cauſam per se scilicet effectus nō aut illius qui dicitur per accidens.

¶ Ad quintum dicitur ex. S. L. 1. parte. quest. 22. articulo secundo ad. 1. vt hic tactum est nec tamen perit liberum arbitrium quia deus prouidit cauſas liberas vt libere ageremus. Necessitas enim conditionata non tollit libertatem. Contingenter enim sortes mouebitur tamen necessario mouebitur si currat. Res etiam fit frustra quando non habet suum finem ex parte operis. Nec tamen res se per consequuntur finem ad quem diuina prouidentia ordinatur quia tunc omnes homines saluarentur. S. L. de veri. q. 6. ar. 1. nec tamen diuina prouidentia frustratur. Ad aliud dico qd mala culpe non intendit nec tamē sunt a casu respectu eius. Mala pene vel nature non intendit per se primo.

¶ Ad sextum distingue de fine ex parte operis vt operantis et nota qd effectus fortuitus est in agētibz secundum propositum non tamen sic qd illuz intendat sed aliud ad quod illud sequitur.

¶ Ad septimum dicitur qd fortuitum vt sic natum est fieri raro ex parte sue cause.

¶ Ad octauum dicitur qd ambulare est contingens ad vtrumlibet et hoc non est a casu nec nominatur illud contingens quia quandiu cause sunt ad vtrumlibet nullus sequitur effectus.



¶ Secundus sic proceditur: Videtur qd factus imponat rebus necessitatem quia fatum est immobilis dispositio ergo ea que fato subduntur immobiliter et ex necessitate eueniunt. Sed contra est boetius et oēs peripatetici. ¶ Respondeo dicendum qd vt recitat albertus multe de

fato fuerunt opinionēs. Dicit enim hermes trimegistus in libro de natura deorum qd fatus quod grece vocatur marmenes idem est qd casualium amplexio ex prouidentia prime cause dependens in idem autem consentit apuleus philosophus firmus autem astronomus dicit fatum esse casualium colligantiam ex motibus astrozum vim et efficacitatem trahentem et cum illo consentit prolomeus licet non nomet illud nomine fati sed vocat cons-